

Testo Passioni Barocche Napoletane

Dominica in Palmis Passio Domini nostri Jesu Christi secundum Matthæum

[Matteo, 26, vv. 5-75; 27, 1-56]

26

5 [Dicebant autem:] “Non in die festo, ne forte tumultus fieret in populo”.

8 [Videntes autem discipuli, indignati sunt dicentes:] “Ut quid perditio haec?”

9 Potuit enim istud venundari multo et dari pauperibus.”

14 [Tunc abiit unus de Duodecim...

15 et ait:] “Quid vultis mihi dare, et ego eum vobis tradam?”

17 [Prima autem Azymorum accesserunt discipuli ad Iesum dicentes:] “Ubi vis paremus tibi comedere Pascha?”

22 [Et contristati valde, cœperunt singuli dicere ei:] “Numquid ego sum, Domine?”

25 [Respondens autem Iudas, qui tradidit eum, dixit:] “Numquid ego sum Rabbi.”

33 [Respondens autem Petrus ait illi:] “Et si omnes scandalizati fuerint in te, ego numquam scandalizabor”.

35 [Ait illi Petrus:] “Etiam si oportuerit me mori tecum, non te negabo”.

48 [Qui autem tradidit eum, dedit illis signum dicens:] “Quemcumque osculatus fuero, ipse est; tenete eum!”

49 [Et confestim accedens ad Iesum dixit:] “Ave Rabbi!”

60 [Novissime autem venientes duo

61 dixerunt:] “Hic dixit: possum destruere templum Dei et post triduum reaedificare illud”.

62 [Et surgens princeps sacerdotum ait illi:] “Nihil respondes ad ea? Quid isti adversum te testificantur?”.

63 [Iesus autem tacebat. Et princeps sacerdotum ait illi:] “Adiuro te per Deum vivum, ut dicas nobis, si tu es Christus Filius Dei?”.

65 [Tunc princeps sacerdotum scidit vestimenta sua dicens:] “Blasphemavit! quid adhuc ægemus testibus? Ecce nunc audisti blasphemiam.”

66 Quis nobis videtur?”. —> Quid vobis videtur? [Illi autem respondentes dixerunt:] “Reus est mortis!”.

68 [...dicentes:] “Prophetiza nobis, Christe: Quis est, qui te percussit?”

69 [Petrus vero sedebat... et accessit ad eum una ancilla...]

70 [At ille negavit coram omnibus dicens:] “Nescio quid dicis!”

71 [...vidit eum alia et ait his...] “Et hic erat cum Jesu Nazareno!”

73 [Post pusillum autem accesserunt, et dixerunt Petro:] “Vere et tu ex illis es nam, et loquela tua manifestum te facit”.

27

3 [Tunc videns Iudas...quod damnatus esset...]

4 [dicens:] “Peccavi tradens sanguinem iustum. [At illi dixerunt:] “Quid ad nos?

Tu videris!”

6 [Principes autem sacerdotum, acceptis argenteis, dixerunt:] “Non licet eos mittere in corbanam, quia pretium sanguinis est”.

11 [Iesus autem stetit ante praesidem; et interrogavit eum praeses dicens:] “Tu es rex Iudaeorum?

13 [Tum dicit illi Pilatus:] “Non audis quantam adversum te dicunt testimonia? —> Non audis quanta adversum te dicant testimonia?

17 [Congregatis ergo illis dixit Pilatus:] “Quem vultis dimittam vobis?

Barabbam an Iesum, qui dicitur Christus?”

19 [Sedente autem illo pro tribunali, misit ad illum uxor eius dicens:] “Nihil tibi et iusto illi. Multa enim passa sum hodie per visum propter eum.”

21 [Respondens autem praeses ait illis:] “Quem vultis vobis de duobus dimittam?” [At illi dixerunt:] “Barabbam!”

22 [Dicit illis Pilatus:] Quid igitur faciam de Iesu, qui dicitur Christus?” [Dicunt omnes:] “Crucifigatur!”.

23 [Ait autem:] “Quid enim mali fecit?” [At illi magis clamabant dicentes:] “Crucifigatur!”.

24 [Videns autem Pilatus... lavit manus coram turba dicens:] “Innocens ego sum a sanguine iusti huius; vos videritis!”

25 [Et respondens universus populus dixit:] “Sanguis eius super nos et super filios nostros”.

29 [...et plectentes coronam de spinis...ei dicentes:] “Ave, Rex Iudaeorum!”

39 [Prætereuntes autem blasphemabant eum ...]

40 [et dicentes:] “Vah, qui destruis templum Dei, et in triduo illud reaedificas, salva temetipsum; si Filius Dei es, descende de cruce!”

41 [Similiter et principes sacerdotes ... dicebant:]

42 “Alios salvos fecit, seipsum non potest salvum facere. Si Rex Israel est, descendat nunc de crucem, et credemus in eum”.

43 {Confidit in Deo; liberet nunc, si vult eum. Dixit enim:] quia Filius Dei sum”.

47 [Quidam autem...dicebant:] “Eliam vocat iste”.

49 [Ceteri vero dicebant:] “Sine, videamus an veniat Elias liberans eum”.

54 [Centurio autem et, qui cum eo erant custodientes Iesum... timuerunt valde dicentes:] “Vere Filius Dei erat iste!”.

Feria 3° Maioris Hebdomadis Passio Domini Nostri Jesu Christi Secundum Marcum.

14

1 [Erat autem Pascha et Azy ma post biduum. Et quærebant summi sacerdotes et scribae, quomodo eum dolo tenerent et occiderent;]

2 [dicebant enim:] “Non in die festo, ne forte tumultus fieret in populi”.

4 [Erant autem quidam indigne ferentes intra semetipsos:] “Ut quid perditio ista unguenti facta est?”

5 Poterat enim unguentum istud veniri plus quam trecentis denariis et dari pauperibus”.

12 [Et primo die Azymorum, quando Pascha immolabant, dicunt ei discipuli eius:] “Quo vis eamus et paremus tibi, ut manduces Pascha?”

19 [Cœperunt contristari et dicere ei singillatim:] “Numquid ego?”

29 [Petrus autem ait ei:] “Et si omnes scandalizati fuerint in te, sed non ego”.

31 [Ac ille amplius loquebatur:] “Et si oportuerit me simul commori tibi, non te negabo”.

44 [Dederat autem traditor eius signum eis dicens:] “Quemcumquem osculatus fuero, ipse est; tenete eum et ducite caute”.

45 [Et cum venissetm statim accedens ad eum ait:] “Ave Rabbi!” [et osculatus est eum]

57 [Et quidam surgentes falsum testimonium ferebant adversus eum dicentes:]

58 “Quoniam nos audivimus eum dicentem: “Ego dissolvam templum hoc manu factum et per (intra) triduum aliud non manu factum aedificabo”.

60 [...summus sacerdos in medium interrogavit Iesum dicens:] “Non respondes quidquam ad ea, ~~quem tibi obiciuntur ad his:—>~~ quæ isti testantur adversum te?”

61 [Ille autem tacebat et nihil respondit. Rursum summus sacerdos interrogabit eum et dicit ei:] “Tu es Christus Filius Dei benedicti?”

63 [Summus autem sacerdos scindens vestimenta sua ait...:] “Audisti blasphemiam. Quid vobis videtur?”

65 [Et cœperunt quidam conspuere eum et velare faciem eius et colaphis eum cædere et dicere ei:] “Prophetiza”.

67 [Et cum esset Petrus in atrio deorsum, venit una ex ancillais summus sacerdotis

et, cum vidisset Petrum ...ait:] “Et tu cum hoc Jesu Nazareno eras!”

68 [At ille negavit dicens:] “Neque scio neque novi quid dicas!”

69 [Et ancilla, cum vidisset illum, rursus cœpit dicere circumstantibus:] “Vere ex illis es, nam et Galilaeus est.

15

- 2 [Et interrogavit eum Pilatus:] “Tu es Rex Judaeorum?”
- 4 [Pilatus autem rursus interrogabat eum dicens:] “Non respondes quidquam? Vide in quantis te accusant?”
- 8 [Et cum ascendisse turba...
- 9 Pilatus autem respondit eis et dixit:] “Vultis dimittam vobis Regem Judaeorum?”
- 11 [Pontifices autem concitaverunt turbam, ut magis Barabbam dimitteret eis]
- 12 [Pilatus autem iterum respondens aiebat illis:] “Quid ergo vultis faciam Regi-Judaeorum?”
- 13 [At illi iterum clamaverunt:] “Crucifige eum!”
- 14 [Pilatus vero dicebat eis:] “Quid enim mali fecit?”. [At illi magis clamaverunt:] “Crucifige eum!”
- 29 [Et prætereuntes blasphemabant eum...dicentes:] “Vah, qui destruit Templum Dei et in tribus diebus reaedificat;
- 30 salvum fac teipsum descendes de cruce!”.
- 31 [Similiter et summi sacerdotes ludentes ad alterutrum cum scribis dicebant:] “Alios salvos fecit, seipsum non potest salvum facere.
- 32 Christus Rex Israel descendat de cruce, ut videamus, et credamus”.
- 35 [Et quidam de circumstantibus audientes dicebant:] “Ecce, Eliam vocat”.
- 36 [Currrens autem unus et implens spongiam aceto circumponensque calamo potum dabat ei dicens:] “Sinite, videamus, si veniat Elias ad deponendum eum”.
- 39 [Videns autem centurio, qui ex adverso stabat, quia sic clamans exirasset, ait:] “Vere homo hic Filius Dei erat”.

Feria 4^o Maioris Hebdomadis Passio Domini Nostri Christi secundum Lucam

22

- 8 [Et misit Petrum et Ioannem...
- 9 At illi dixerunt ei:] “Ubi vis paremus?”.
- 33 [Qui dixit ei:] “Domine, tecum paratus sum et in carcerem et in mortem ire”.
- 35 [At illi dixerunt:] “Nihil”.
- 38 [At illi dixerunt:] “Domine, ecce duo gladii hic”.
- 49 [Videntes autem hi, qui circa ipsum erant, quod futurum erat, dixerunt:] “Domine, si percutimus in gladio?”.
- 56 [Quem (Petrus) cum vidisset ancilla quaedam sedentem ad lumen et eum fuisset intuita, dixit:] “Et hic cum illo erat”.
- 57 [At ille negavit eum dicens:] “Mulier non novi illum!”.

58 [...Et post pusillum alius videns eum dixit:] “Et tu de illis es”. [Petrus vero ait:] “O homo, non sum!”.

59 [Et intervallo facto quasi horæ unius, alius quidam affirmabat dicens:] “Vere et hic cum illo erat, nam et Galilaeus est!”.

60 [Et ait Petrus:] “Homo, nescio, quid dicis!”.

64 [et velaverunt eum et interrogabant eum dicentes:] “Prophetiza: quis est, qui te percussit?”

67 [dicentes:] “Si tu es Christus, dic nobis”.

70 [Dixerunt autem omnes:] “Tu ergo es Filius Dei?”

71 [At illi dixerunt:] “Quid adhuc desideramus testimonium? Ipsi enim audivimus de ore eius!”

23

2 [Cœperunt autem accusare illum dicentes:] “Hunc invenimus subvertentem gentem nostram, et prohibentem tributa dare Caesari et dicentes se Christum Regem esse”.

3 [Pilatus autem interrogavit eum dicens:] “Tu es Rex Judaeorum?”

4 [Ait autem Pilatus ad principes sacerdotum et turbas:] “Nihil invenio causae in hoc homine”.

5 [At illi invalescebant dicentem:] “Commovet populum docens per universam Judaeam incipiens a Galilaea usquem huc!”

13 [Pilatus autem...

14 dixit ad illos:] “Obtulistis mihi hunc hominem quasi avertentem populum, et ecce ego coram vobis interrogans nullam causam inveni in homine isto ex his, in quibus accusatis.

15 Sed neque Herodes: nam remisit nos ad illum. Et ecce nihil dignum morte actum est ei.

16 Emendatum ergo illum dimittam”.

18 [Exclamavit autem universa turba dicens:] “Tolle hunc et dimitte nobis Barabbam!”.

21 ...“Crucifige, crucifige eum!”

22 [Ille autem tertio dixit ad illos:] “Quid enim mali fecit iste? Nullam causam mortis invenio in eo: corripiam ergo illum et dimittam”.

35 [Et stabat populus exspectans. Et deridebant illum et principes dicentes:] “Alios salvos fecit; se salvum faciat, si hic est Christus Dei electus!”.

37 [...et dicentes:] “Si tu es Rex Judaeorum, salvum te fac!”.

39 [Unus autem de his, qui pendebant, latronibus blasphemabat eum dicens:] “Si nonne tu es Christus, salvum fac temetipsum et nos!”.

40 [Respondens autem alter increpabat illum dicens:] “Neque tu times Deum, quod in eadem damnatione es?

41 Et nos quidem iuste, nam digna factis recipimus! Hic vero nihil mali gessit”.

42 [Et dicebat:] “Domine Iesu memento mei, cum veneris in Regnum tuum”.

47 [Videns autem centurio, quod factum fuerat, glorificavit Deum dicens:] “Vere hic homo iustus erat!”.

Letzione 2°, I Notturmo Venerdì Santo Feria VI

LAMED. Matribus suis dixerunt: ubi est triticum et vinum?

Cum deficerent quasi vulnerati in plateis civitatis;

cum exhalarent animas suas in sinu matrum suarum.

MEM. Cui comparabo te?

Vel cui assimilabo te,

Filia Jerusalem?

Cui exaequabo te?

(et) consolabor te,

Virgo filia Sion?

Magna est enim

velut mare contritio tua:

quis medebitur tui?

NUN. Prophetae tui viderunt tibi falsa et stulta,

nec aperiebant iniquitatem tuam,

ut te ad poenitentiam provocarent,

viderunt autem tibi

assumptiones falsas, et ejectiones.

SAMECH. Plauserunt super te manibus

omnes transeuntes per viam;

sibilaverunt, et moverunt caput suum

super filiam Jerusalem:

Haecine est urbs, dicentes,

perfecti decoris,

gaudium universae terrae?

Jerusalem, convertere Dominum Deum tuum.

Feria 6° in Parasceve Passio Domini Nostri Jesu Christi Secundum Joannem

18

5 [Responderunt ei:] “Jesum Nazarenum”.

17 [Dicit ergo Petro ancilla hostiaria:] “Numquid et tu ex discipulis istius?” [Dicit ille:] “Non sum!”.

22 [...unus assistens ministrorum dedit alapam Iesu dicens:] “Sic respondes pontifici?”.

25 [Erat autem Simon Petrus...dixerunt ergo ei:] “Numquid et tu ex discipuli eius es?” [Negavit ille et dixit:] “Non sum”.

26 [Dixit unus et servus pontificis...:] “Nonne ego te vidi in horto cum illo?”.

29 [Exivit ergo Pilatus ad eos forum et dicit:] “Quam accusationem affertis adversus hominem hunc?”.

30 [Responderunt et dixerunt ei:] “Si non esset hic malefactor, non tibi tradidissemus eum”.

31 [Dixit ergo eis Pilatus:] “Accipite eum vos et secundum legem vestram iudicate eum!”.
[Dixerunt ei Iudaei:] “Nobis non licet interficere quemquam”.

33 [Introivit ergo iterum in praetorium Pilatus et vocavit Iesum et dixit ei:] “Tu es Rex Iudaeorum?”.

35 [Respondit Pilatus:] “Numquid ego Iudeus sum? Gens tua et pontifices tradiderunt te mihi: quid fecisti?”.

37 [Dixit itaque ei Pilatus:] “Ergo Rex es tu?”.

38 [Dicit ei Pilatus:] “Quid est veritas?”. [Et cum hoc dixisset, iterum exivit ad Iudaeos et dicit eis:] “Ego nulla invenio in eo causam.”

39 Est autem consuetudo vobis, ut unum dimittam vobis in Pascha; vultis ergo dimittam vobis Regem Iudaeorum?”.

40 “Clamaverunt ergo rursus dicentes:] “Non hunc sed Barabbam!”.

19

2 [Et milites, plectentes coronam de spinis, imposuerunt capiti eius et veste purpurea circumdederunt eum;

3 et veniebant ad eum et dicebant:] “Ave Rex Iudaeorum!”.

4 [Et exiit iterum Pilatus foras et dicit eis:] “Ecce adduco vobis eum foras, ut cognoscatis quia nullam invenio in eo causam.”

5 [Exiit ergo Iesus foras, portans spineam coronam et purpureum vestimentum. Et dicit eis:] “Ecce homo!”.

6 [Cum ergo vidissent eum pontifices et ministri, clamaverunt dicentes:] “Crucifige eum!”.
(Crufige, Crucifige!) [Dicit eis Pilatus:] “Accipite eum vos et crucifigite; ego enim non invenio in eo causam”.

7 [Responderunt ei Iudaei:] Nos legem habemus, et secundum legem debet mori, quia Filium Dei se fecit.

(“SI replica popule meus/ Quia eduxi / Aghios o Theos”)

8 [Cum ergo audisset Pilatus... magis timuit

9 ... et dicit ad Iesum:] "Unde es tu?"

10 [Dicit ergo ei Pilatus:] "Mihi non loqueris? Nesci quia potestatem habeo crucifigere te et potestatem habeo dimittere te?."

10 [...Iudaei autem clamabant dicentes:] "Si hunc dimitti non es amicus Caesaris! Omnis enim , qui se regem facit, contradicit Caesari".

13 [Pilatus ergo...

14 ...et dicit Iudaeis:] "Ecce Rex vester!".

15 [Clamaverunt ergo illi:] "Tolle, tolle, crucifige eum!". [Dicit eis Pilatus:] "Regem vestrum crucifigam?". [Responderunt pontifices:] "Non habemus regem nisi Caesarem".

21 [Dicebant ergo Pilato pontifices Iudaeorum:] "Noli scribere: Rex Iudaeorum, sed quia ipse dixit: Rex sum Iudaeorum".

22 [Respondit Pilatus:] "Quod scripsi, scripsi!".

23 Milites ergo...accepturunt vestimenta eius...

24 [Dixerunt ergo ad invicem:] "Non scindamus eam, sed sortiamur de illa, cuius sit".

Improperia quatuor vocibus

(1) Popule meus, quid feci tibi?

Aut in quo contristavi te? Responde mihi!

Quia eduxi te de terra Aegypti:

Parasti Crucem Salvatori tuo.

Hagios o Theos - Sanctus Deus

Hagios Ischyros - Sanctus Fortis

Hagios Athanatos, eleison hymas - Sanctus Immortalis, miserere nobis.

Tenore solo

(2) Quia eduxi te per desertum quadraginta annis, et manna cibavi te,

Et introduxi te in terram satis bonam:

Parasti Crucem Salvatori suo.

("replica: Agios ut supra")

Alto solo

(3) Quid ultra debui facere tibi, et non feci?

Ego quidem plantavi te vineam meam speciosissimam:

Et tu facta es mihi nimis amara:

Aceto namque sitim meam potasti:

Et lancea perforasti latus Salvatori tuo.

("replica popule meus da capo")

SECUNDA PARS

Tenore solo

(1) Ego propter te flagellavi Aegyptum

Cum primogenitis suis:

Et tu me flagellatum tradidisti.

("replica popule meus da capo")

Alto solo

(2) Ego te eduxi de Aegypto,

Demerso Pharaone in mare rubrum:

Et tu me tradidisti principibus sacerdotum.

(" Si replica popule meus/ Quia eduxi / Aghios o Theos")

Tenore solo

(3) Ego ante te aperui mare:

Et tu aperuisti lancea latus meum.

("replica popule meus da capo")

Alto solo

(4) Ego ante te praeivi in columna nubis:

Et tu me duxisti ad praetorium Pilati.

("replica popule meus da capo")

Tenore solo

(5) Ego te pavi manna per desertum:

Et tu me cecidisti alapis et flagellis.

("replica popule meus da capo")

Alto solo

(6) Ego te potavi aqua salutis de petra:

Et tu me potasti felle et aceto.

("popule meus ut sopra")

Tenore solo

(7) Ego propter te Chananaeorum Reges percussi:

Et tu percussisti arundine caput meum.

("popule meus ut sopra")

Alto solo

(8) Ego dedi tibi sceptrum regale:

Et tu dedisti capiti meo spineam coronam.

("popule meus ut sopra")

Tenore solo

(9) Ego te exaltavi magna virtute:

Et tu me suspendisti in patibulo Crucis.

("Si replica popule meus/ Quia eduxi / Aghios o Theos")

Miserere mei Deus a 4 voci co li violini ad placitum (Napoli 1688)

(Salmo 50)

Miserere mei, Deus, secundum magnam misericordiam tuam.

Et secundum multitudinem miserationum tuarum, dele iniquitatem meam.

Amplius lava me ab iniquitate mea: et a peccato meo munda me.

Quoniam iniquitatem meam ego cognosco: et peccatum meum contra me est semper.

Tibi soli peccavi, et malum coram te feci:

ut justificeris in sermonibus tuis, et vincas cum iudicaris.

Ecce enim iniquitatibus conceptus sum: et in peccatis concepit me mater mea.

Ecce enim veritatem dilexisti: incerta et occulta sapientiae tuae manifestasti mihi.

Asperges me hyssopo, et mundabor: lavabis me, et super nivem dealbabor.

Auditui meo dabis gaudium laetitiam: et exultabunt ossa humiliata.

Averte faciem tuam a peccatis meis: et omnes iniquitates meas dele.
Cor mundum crea in me Deus: et spiritum rectum innova in visceribus meis.
Ne projicias me a facie tua: et Spiritum Sanctum tuum ne auferas a me.
Redde mihi laetitia salutaris tui: et spiritu principali confirma me.
Docebo iniquos vias tuas: et impii ad te convertentur.
Libera me de sanguinibus Deus, Deus salutis meae: et exultabit lingua mea justitiam tuam.
Domine, labia mea aperies: et os meum annuntiabit laudem tuam.
Quoniam si voluisses sacrificium, dedissem utique: holocaustis non delectaberis.
Sacrificium Deo spiritus contribulatus: cor contritum, et humiliatum, Deus non despicias.
Benigne fac, Domine, in bona voluntate tua Sion: ut aedificentur muri Jerusalem.
Tunc acceptabis sacrificium justitiae, oblationes, et holocausta: tunc imponent super altare
tuum vitulos.
Requiem aeternam dona eis Domine et lux perpetua luceat eis.

(“Dum fit processio”)

Hymnus : Vexilla Regis Prodeunt.

Venanzio Fortunato

(1)

Vexilla Regis prodeunt:
Fulgit Crucis mysterium,
Quo carne carnis conditor
Qua vita mortem pertulit
Et mortem vita redidit.

(2)

Quae vulnerata lanceae
Mucrone diro criminem,
Ut nos lavaret sordibus
Manavit unda et sanguine.

(3)

Arbor decora et fulgida,
Ornata Regis purpura,

Electa digno stipite

Tam sancta membra tangere !

(7)

Te fons salutis Trinitas,

Collaudet omnis spiritus:

Quibus Crucis victoriam

Largiris adde proemio.